



Politicorvm Libri Decem

Contzen, Adam

Colonia, [1621]

Cap. XIX. Aliæ quoque rationes cogendæ pecuniæ, vsitatae & damnatae

[urn:nbn:de:hbz:466:1-95437](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-95437)

tarium adhibet, pignus inspicit, aut adduci iubet, nec æquum eius sumptu qui dedit mutuum ista fieri. 6. Conandum tamen ut montes omnino gratis constituantur, sicut enim omnis causa suspicionis tollitur. Hoc autem duorum modorum alterutro fieri potest, vel utroque. Primo, ut census ematur annuus, quo sumptus necessarij tolerentur. Secundo, ut magni viri, fidi, diuites, scribarum, numeratorum, custodum officia gratis præstent. Nec in re tam pia labor infra vilius dignitatem est. Si enim in Italia, & Hispania, & nunc quoque in Gallia, & Germania, viri nobiles, & senatorij elemosynas pro pauperibus petunt, nec est contra exilium rationem eorum esse pauperum legatos, sed plus quam vlla purpura amplitudinem eorum exornat, quia & ad magnam Christi cedit gloriam pauperum suorum vicarios & procuratores esse purpuratos, & diuites huius sæculi altum non sapere, sed timere; nec paupertatem in Domini sui vita omnium sceptris antepositam, opprobriofam putare. Si reges & principes pauperibus ministrant; cur non & pauperum scribam, & atriensem agat diues? Quod vni ex minimis istis faciunt, Christo faciunt. omne officium Christo exhibitum, supra omnem dignitatem est, & omnino regium est, quia Deo seruire, regnare est.

CAPVT XIX.

Alie quoque rationes cogendæ pecunia, vscitate, & damnata.

§. 1. **S**VETONIVS de Nerone ista refert. Verum ut spes sefellit, desertus atque ita iam exhaustus & egens ut stipendia quoque militum & commoda veteranorum protrahat ac deferri necesse esset, calumniis, rapinisque intendit animum. Ante omnia instituit ut de libertorum defunctorum bonis pro semisse dodrans cogere tur ei, qui sine probabili causa eo nomine essent, quo fuissent illa familia, quas ipse contineret.

Hereditates libertorum.

Erat hoc ingens prædæ augmentum; nam cum ante semissem, hoc est, mediam partem hereditatis vindicaret fiscus, Nero dodrantem, hoc est, nouem vncias ex duodecim, seu tres quartas accepit. si hereditas erat duodecim millium, nouem imperator, tria hæres adibat.

Hereditates ingratiorum.

§. 2. **U**t ingratiorum in principem testamenta ad fiscum pertineret: ac ne impune esset studiosis viris, qui scripsissent vel dictassent ea.

Ingens sub latrone principe vorago. Omnium præsertim locupletum testamentis inscribatur princeps, quod magnum erat. deinde non parua illi portio assignanda, ne priuatis postponeretur. Terio testamenta primipilariū, et qui sub Tiberio testamenta fecissent, ut ingrata rescidit, ita Suet. c. 38. Erant autem diuites primipilares, quorum hereditates ille rapiebat. Ex quo patet, eos ingratos esse vocatos, quibus ipse non esset hæres.

§. 3. **O**ccidere eos à quibus dictus hæres. Hoc Cai inuentū Suet. Quo metu iniecto, quum iam & ab ignotis inter familiares & à parentibus inter liberos palam hæres nuncuparetur, derisores vocabat quod post nuncupationem viuere perseverarent, & multis venenatas mactæas misit.

Iura ciuium iterato redimissis.

§. 4. **J**ura ciuibz tollere, cogere ita iterum redimant. Suet. Negabat iure ciuitatem Romanam vsurpare eos, quorum maiores sibi posterisque eam impetrassent, nisi filij essent. Neque enim intelligi debere posteros vltra hunc gradum. Prolataque duorum Iulij & Augusti diplomata, ut vetera & obsoleta desolebat.

Plus in eo lucri fuit, quam quisquam etiam rerum Romanarum gnarus intelligere queat; nam hoc in censu, erat Romanorum pars si non maxima, certe ingens, & multarum myriadam quæ donatione, aut emptione, non ortu eam habebant. magna autem summa emebatur præsertim sub illo prædone, & ab

aliis, qui iam ea fruebantur; nec tutum erat non iterato emere, quod possidebant, ne & vitam ipsam perderent.

§. 5. **A**rguebat & perperam editos census, quibus postea quicunque de causa quicquam incrementi accessisset. Testamenta primipilariū, qui ab initio principatus Tiberij neque illum, neque se heredem reliquissent, ut ingrata rescidit: item ceterorum ut irrita & vana, quosunque quis diceret heredem Casare mori destinasse.

Reuocare editos census.

Cur vero illud? Quia multis multa accesserunt, fraudem vero in edito censu fecisse, aut morte, aut exilio, vel libertatis amissione, certè publicatione puniebatur; considera in tanta multitudine decem millibus hominum aliquid accessisse, tot igitur patrimonium monstri illius vna calumnia, sed exquisitissima calumnia, deuorauit.

§. 6. **C**ognitio relata ad lucrum. Suet. Cognoscebat autem de talibus causis, taxato prius precio, mora impatiens, super XL reos quondam ex diuersis criminibus vna sententia condemnauit, gloriatusque est ex pergefacta somno Casonia, quantum egisset dum ea meridiaret.

Sententias vendere.

Quadrageña enim hereditates vno elogio adeptus est, & ut videtur luculentas; nam diuitibus tum calumniæ struebantur; deinde credibile est splendidos fuisse reos, quibz iudicandis ipse Caligula sederet.

§. 7. **C**ogere ut res viles immenso emant. Suet. Auctione propolita, reliquias omnium spectaculorum subiecit & vendidit: exquirens per se pretia, & vsque eo extendens ut quidam immenso coacti quadam emere ac bonis exuti, venas sibi inciderent. Nota res est, Aponio Saturnio inter subsellia dormitante, monitum à Caio præconem ne pratorum virum crebro capitis motu nutantem sibi prateriret: nec licendi finem factum quoad 13 gladiatores H-S, non agies ignorant adde-rentur.

Emptiones iniquos insituere.

§. 8. **O**mnes fraudes venditioni admiscere. Suet. In Gallia quoque, cum damnatarum sororum ornamenta & suppellectilem, & seruos atq; etiam liberos immensis pretiis vendidisset, inuitatus lucro, quicquid instrumenti veteris aula erat, ab vrbe reperit, cõprehensit ad deportandum meritoris quoq; vehiculis, & pistrinis sibus iumentis, adeo ut panis Rome sepe deficeret, & legatorum pleriq; quod occurrere absentes ad vadium non possent, causa caderent. Cui instrumento distrahendo nihil non fraudis ac lenocinii adhibuit: modo auaritia singulos increpans, & quod non puderet eos locupletiores esse quam se: modo penitentiam simulans quod principalium rerum priuatis copiam faceret.

Omnes fraudes mercatorias vsitare.

§. 9. **L**itium summas defalcare. Suet. Pro litibus atq; iudicijs vbicunq; conceptis, quadragesima summa de qua litigaretur, nec sine pena, si quis composuisse vel donasse negotium conuinceretur, defalcabat.

Litium partem ad se trahere.

Quanta illa præda omnium in tãto imperio litium? fuere illa tẽpora litibus refertissima, inter maximos, & ditissimos, ut summam omnium rerum litigiosarum magno regno æqualem fuisse non immerito putem. Imo nunc quoq; ita esse puto, quadragesimam ergo alicuius regni partem ea legerapiebat.

§. 10. **O**mnia lucra turpia sequi. Ex gerulorum diurnis quæstibus pars octaua, ex capturis prostitutarum quantum quæq; vno concubitu mereret. Additumq; ad caput legis, ut teneretur publico, & qua meretricium, quauis lenocinium fecissent, nec non & matrimonia obnoxia essent.

Lucra turpia.

Parua dictures, sed ob gerulorum multitudinem toto imperio magnum vectigal. De capturis dicere pudor vetat. nec dubitare tamen quisquam debet, in cæca gentilitate, in tanta morum corruptione sub Augusto, Tiberio, Caligula potuisse ex sceleratorum libidinibus multas legiones ali. Corinthi in solo Veneris templo quatuor scortorum millia merebant. Sed præstat hanc Camerinam immotam esse.

§. 11. **H**æc indicere, nec proponere, ut ignorantia legis peccetur. Suet. Huiusmodi vectigalibus indictis, neq; Ignaros legis peccetur. Suet. Huiusmodi vectigalibus indictis, neq; Ignaros legis peccetur. Suet. Huiusmodi vectigalibus indictis, neq; Ignaros legis peccetur.

aufit sine dono. Nemo minus aliquid aut dignitatem consequi potest, nisi pecunia interueniente. Nullus a provincia cui praefuit, aut ab expeditione qua fecit, vacuus manib. in tanti Principis conspectum venit. nec vero tanto Principi titiuititia donantur, aut teruncii. Moldauia, Valachia, Transylvania, Vainoda Principatus suos donatiuis redimunt & seruant. Et Moldania quidem & Valachia Principes sepius mutantur. Dantur enim ii Principatus plus offerentibus: qui vt promissa exoluant, non tondent sed deglubunt populos, & prouincias ad inopiam redigunt. Vidimus nihilominus superiori tempore bello Persico Turcarum exhausta araria, & thesauros prope omnes consumptos. Proximi annu & Constantinopoli & in vniuerso imperio Turcico auri praecium supra quam credi potest, auctum fuit, ita vt aureus minimus duplo plus quam prius valeat. Ipsa insuper auri & argenti materia sic fuit adulterata, vt Lantari octafione hinc arrepta, ignem Constantinopolitanae vrbi iniecerint & ingentem non ciuib. solum, sed ipsi etiam Sultano incusserint pauorem. Tunc quidem Sultani nomine a mercatoribus Alepiensibus 60. aureorum millia mutuo erant petita.

Honores vendere.

§. 33. Honores & sententias vendere: ita Vespasianus Suet. cap. 16. sola est in qua merito culpetur, pecunia cupiditas. Non enim contentus omnia sub Galba vetigalia reuocasse, noua & grauiora addidisse, auxisse tributa prouinciis, nonnullis & duplicasse, negotiationes quoque vel priuato pendendas pro palam exercuit, coemendo quidam tantum vt pluris postea distraberet. Nec candidatis quidem honores reisse tam innoxios, quam nocentibus absolutioes venditare cunctatus est.

§. 34. Diuitum possessiones vendere. Dio in Caligula. Ibi publicum crimen fuit diuitem esse: atque horum possessiones cum venderet ipse, inde multo maiorem pecuniam redegit, quod omnes cogebantur pluris, quam res essent, emere.

CAPVT XX.

Nobilitatis defensio principem potentem facit.

De nobilitate diu disputatum.

§. 1. **M**VLTVM est olim, & nunc agitata quaestio, An potenti principi expediat, nullum sub se habere principem potentem; nobiles & plebeios indistinctos, ita vt sola nobilitas sit honoratum esse a rege. An vero nate nobilitatis ratio ducenda? Nec verbo duntaxat disputatur, sed re ita geritur, vt defensio regnantium ostendit. Vt alia taceamus; in Europa pleraque per nobilitatem aguntur, seruanturque praesertim in Germania matrimoniorum seria distinctio. At e contrario Turcarum imperator omnes etiam supremos Bassas tanquam mancipia habet; nec vlla nobilitas agnoscitur, nisi gratum esse Domino, quae proprie est felicitas serui, cum enim totus sit Domini, & vsu, & possessione, nulla re alia, quam eius beneuolentia niti potest. Haec igitur administratio multis placuit, & tutum est visum, post principem omnes esse seruos, aut pares, nullum ceteri nobilem, quod etiam apud Sinas obtinet. Si non sint nobiles, nullum fieri; si sint, eos sensim in ordinem redigere. De isthoc igitur negocio meam quoque sententiam proponam, vt quid in his imperandi varietatibus sequendum sit, manifestum reddatur.

Nobilitas Turcarum, seruus est.

Nobilitas virtutis est.

§. 2. Non ignoro nullam Appietatem, aut Lentilitatem virtuti anteponendam, nobilitatem esse solam atque vnicam virtutem. Omnes pari sorte nascimur sola virtute distinguimur, vt monet Minut. Qui genus istat suum, aliena laudat. Quod optimum est, idem nobilissimum; imo recte Euryp. πολλοί γάρ οντες ευγενείς, εὐδὴν κακοί. Multi nobiles sunt improbi. Quare & optime Nazianzenus.

Κακὸς δ' ἀνὴρ, ἀσχύνει μὲν δὲ δυσγενὴς, γένος γὰρ εἶναι οἱ πολλοὶ στήθεότι.

Si improbus audias, non, si ignobilis, erubescet, Genus enim quod putatur, sunt illi, qui olim putruerunt; forte qui fures, adulteri, latrones fuerunt. ἔδὲ ἴππων ταχὺν ποιεῖ τὸ ἐκ τῶν ταχυτάτων φύναι. Neque equum pernitem facit, ex perniciosissimis ortum esse.

Aureum itaque praecceptum Agapeti est. ἐπὶ πλεονεξίας ἐναβρύει δὲ ο. πηλὸν γὰρ ἐχρησται πᾶτες ὁ γένος ἀπὸ τοῦ ε. καὶ οἱ ἐν πορροῦ καὶ βύσσου καυχόμενοι, καὶ ἐν πενίᾳ καὶ νόσῳ τευχόμενοι. καὶ οἱ διαδήματα ἀνέκειμενοι, καὶ οἱ δὲ δόματα ποσέμενοι. μὴ τοίνυν εἰς πῆλον ἐρχόμεθα, καὶ οὐκ ἀπὸ δὲ γένος ταπαισιμονόμεθα τερπὸν. Maiorum nobilitate ne quis insolentius se effert. Omnes enim limum habent generis auctorem, tam qui purpura & bysso magnifice & gloriose vestiuntur, quam qui egestate & morbis atteruntur: tam ii, quibus diademata sunt imposita, quam qui ante domos positi versantur custodia causa. Ne igitur nos de luteo genere iactemus, sed morum innocentia probitateque, nos venerabiles praestemus & commendemus.

Omnium genus est lutum.

Quanti itaque sit nobilitas non disputo, sed hoc quod ad rem pertinet; An expediat nobilitatem foueri, ad dignitates prouehi, plebeis neglectis, an vero premenda sit, & plebei tollendi in altum, atque omnia adaequanda.

§. 3. In Republica Turcica tantum sunt distinctiones officiorum, cetera seruilia, adeo vt ipse imperatoris concubina non censeatur libera, & praecipuum robur sit penes infimos. In Romano imperio praeter officia sunt dignitates haereditariae, vel electivae.

Nobilitas imperii Romani.

Ordo nobilitatis est; dux, comes, baro, nobilis. Nobilitatis, inquam, non dignitatis, nec officiorum. Nam imperatorum nobilitas infra ducis esse potest, deinde dignitas electorum, archiducum, non sola nobilitate definitur. Comitum quoque dignitas diuersa est, alij comites simpliciter, alij Marchiones, alij Landgrauij nominantur. Ex nobilibus genere atque etiam alijs equites aurati fiunt, cum in praelio se fortiter gesserunt: tum enim dignitatem illam consequuntur. Ex his Bassones fiunt, virtutum, & potestatis respectu; Qui primo praelio se heroicè gessit, creatur nobilis, qui altero tribunus militaris, ex tertio baro. Deinde comes, Marchio, Landgravius, dux, rex. Quod vero aiunt, nobilem oportere esse diuitem, equitem etiam stipendio turmam seu nobilium educere, Baronem oportere iurisdictionem infimam, mediam, & bassam, ac quatuor nobilium castra, comitem Marchionem tres Baronias, Landgravium quatuor baronias in vno ducatu. Vicecomitem, seu principem comitem quinque comitatus, ducem oportere habere quatuor comitatus principales, & cuiuslibet adiunctum comitatu, aut baroniam, id sane non obseruatur. Rex coronatur si quatuor ducatus habeat coniunctos, & in vnoquoque quatuor ciuitates, in quas nemo alius habeat iusvllum, in his vrbibus archiepiscopum vnum, & sub quatuor archiepiscopis, prouincias Episcopales quadraginta. Verum ista nec firmo iure, nec consuetudine recepta sunt. Inter hos non est nobilitatis paritas, Imperator est enim fons nobilitatis e. de decuri. L. Imperatores, & ducum genus maius est comitum. Est igitur nobilitas quasi nobilitas, nimis arcte a Graecis dicta ἐν γενεῇ, quod bene nati sint; nā nobilis esse potest, qui virtute primordia stirpis suae dedit, qui honores gessit, qui sine administratione per honorarios codicillos illam consecutus est. Nec enim in posteris est solummodo, sed crebro in prima radice melior; nam posterius interdum, nihil à maioribus, quam imagines habent, virtutum, & rerum inanes; quorum nobilitas poetarum veterum vilior alga est.

Imperator ex stirpe ignobilis nobilis facit.

§. 4. Agendum hoc est Regibus & principibus, vt minores principes, regulos, comites, nobiles habeant, quorum opera domi, militiaeque perpetua vrantur, hoc est enim firmum Reipub. praedidium, cum in-

Nobilitas fouenda, & augenda est.